



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

LXXXVI. Herzog Barnim von Pommern überläßt das Dorf Walentin der Stadt Prenzlau und giebt dem Kloster Gramzow zum Ersatz für dies Dorf 66 Hufen zu Tristingow bei Suckow, im Jahre 1336.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

anathematis ne potestas secularis aut quisvis alius quicquam in dictis tredecim talentis vendicet aut usurpet ac ea volumus integraliter eodem jure ceneri et ad illum solum spectare debent, cui dictum altare pro tempore collatum fuerit et superius est expressum eaque omnia libera et exempta dicto altari perpetuis temporibus presentibus adunamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Prentzlaw, Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Tricesimo sexto, in die Galli et Iulli, martirum beatorum.

Aus einem Copialbuche.

LXXXVI. Herzog Barnim von Pommern überläßt das Dorf Walentin der Stadt Prenzlau und giebt dem Kloster Gramzow zum Erfaß für dies Dorf 66 Hufen zu Tristingow bei Suckow, im Jahre 1336.

In nomine sancte et individue trinitatis. Barnim, Dei patientia dux flauorum, omnibus in perpetuum, Vniuersa negotia, que geruntur in tempore, ne naturam sequantur temporis, eternari debent memoria literarum. Cognoscant igitur tam posterius quam presentes, quod de confilio nostrorum maturato villam walentin, que fuit ecclesie sancte marie in Gramzowe, apposuimus ciuitati Prenzlau et pro eadem villa dedimus in concambio fratribus in Gramfowe deo seruientibus LXVI mansos prope sukowe sitos, in villa, que tristingowe vulgariter nominatur, in agris, riuus, piscationibus, pratis, siluis, planis, asperis, cultis et incultis, cum omni integritate in perpetuam libertatem. Preterea volumus eandem villam tristingowe ab omni exactione et seruitio, quo cetera ville in nostro dominio constitute obligate sunt, liberam esse et absolutam. Dedimus nichilominus in mandatis, ut nemo in nostra existens iurisdictione villam talem aut colonos agrum ipse ledere in aliquo audeat vel grauare. Ne igitur tale concambium aut talem donationem etc. testes etc. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives. (I Cod. 4 in qu.)

LXXXVII. Mehrere Bischöfe der päpstlichen Curie in Avignon verschreiben den Wohlthättern der Pfarrkirchen zu Prenzlau einen Abfaß, am 26. Februar 1337.

Uniuersis S. Matris Ecclesie filiis, ad quos presentes litere pervenerint, Nos miseratione divina Samuel Nubienfis, Paulus Fulginenfis, Johannes Bregerenfis, Jacobus de Vallona, Nicolaus Nazariensis, Raymundus Catharinenfis, Petrus Callenfis, Franciscus Bisfacienfis, Martinus Cerianus, Vincentius Perenenfis, Rogerus Brinenfis, Andreas Coronenfis, Photius Salonenfis, Almanus Suanenfis,